



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 3. De peccatis Parochorum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

## Articulus Tertius.

### *De peccatis Parochorum.*

**Q**UAMVIS Parochos vitia plurima Clericis & Sacerdotibus communia concernant, singularia tamen eorum peccata in quatuor fere membra secari possunt. nimirum: in ignorantiam, negligentiam derelictionem ovium in necessitate, exemplum malum. Peccata ignorantiae sunt: si moraliter & accommodè non sciat quæ necessaria sunt ad officium suum, cum enim sit ex natura officij sui, Pastor, Doctor, Judex, Medicus, & Consiliarius, quoties ex ignorantia culpabili in re gravierat, sive in administratione Sacramentorum, sive in Doctrina, sive in iudicio conscientiae, sive in consilijs ac remedijs adhibendis, peccat mortaliter, & versatur tam diu in continuo statu peccati, quamdiu debitis modis & medijs, per studium, lectiones, informationes doctorum virorum, tollere suam ignorantiam non laborat. Peccata negligentiae sunt: si in doctrina & admi-

admi-

administratione Sacramentorum & alijs  
 sit ita negligens, ut ex negligentia ejus  
 grave damnum animæ ipsi commissæ pati-  
 antur, damnum ipsi imputatur & mortali-  
 ter peccat. Deinde peccant mortaliter,  
 qui ex timiditate sive defectu charitatis o-  
 ves suas tempore pestis & belli derelin-  
 quunt: item, qui ijs de necessarijs Sacra-  
 mentorum ministris non provident. Item,  
 qui quovis tempore vel per absentiam, vel  
 defectu vigilantis curæ in causa sunt, ut pa-  
 rochiani absque Sacramentis & necessa-  
 rijs adminiculis moriantur. Peccata mali  
 exēpli in materia de Clericis ostendentur.

## TITVLVS SEPTIMVS.

*De Confessarijs & Confessione.*

### Articulus Primus.

*De Tribunali Sacramentali visibili.*

I. **C**Hristus Ecclesiæ Dei promisit alia  
 quando institutionem Tribunalis  
 in quo animæ vel à peccatis absolverentur  
 vel etiam eis ligatæ remanerent, *Matt. 16.*

*v. 19.*